

Die Bulle

« Ea quae iudicio » Clemens' IV.

30.VIII.1266

Vorgeschichte, Ueberlieferung, Text und Bedeutung

(Fortsetzung *)

III.

1266 August 30, Viterbo

Ea quae iudicio

CLEMENS IV.

Original : verschollen.

Register:

A = Reg. 32, fol. 95-96^v; an II, n° 122. ARCHIVIO VATICANO.

Teilweise Uebernahme:

St = CLEMENS IV., *Exhibita nobis*, 1.9.1266. ARCHIVES DE LA VILLE, STRASBOURG, CHAPITRE DE ST-THOMAS, N° 8, Cartons 8. Augustins 13.

Abschriften :

O = *Liber Copiarum T*, in quo *Bullae Pontificum, ipsorumque variae Immunitates, Exemptiones, Privilegia Indulgentiaeque Universo FF. Guilielmitarum Ordini, tum specialiter Monasteriis in Silva Nigra Coronae Mariae, tum in Suburbio civitatis Friburgensis ac etiam Vidimus Confirmationesque Ordinarii Episcopi Constantinensis, Diplomata Romanorum Imperatorum ac Archiducum Austriae ipsorumque Confirmationes utriusque Monasterii Iurium, Litteraeque Fundatoriales, Jura Monasteriorum, variarum terrarum, bonorum, praesertim Toparchiae seu Profecturae Cappel, Emptiones, Feuda Monasterii Friburgensis ab anno 1631 usque 1657 aliaque utrique Monasterio concessa, adunata ... sunt.* BAD. GENERALLANDESARCHIV KARLSRUHE, Kopiar 752, fol. 29-34.

G = *Extrait des archives du couvent des Blancs-Manteaux à Paris* par F. R. DE GAIGNIÈRES. BIBL. NATIONALE, PARIS, MS Lat. 17109, fol. 29-35.

*) *Augustiniana* 14 (1964) 500-522.

P = ANNIBALE DEGLI ABBATI-OLIVIERI, *Spogli d'Archivi*. BIBL. OLIVERIANA, PESARO, MS 376, vol. VIII, fasc. II, c. 41-49^v.

L = Fondo Saturnino López, vol. 46, *La Gran Unión*, fol. 148-153. ARCHIVIO GENERALE AGOSTINIANO, CURIA GENERALIZIA AGOSTINIANA, ROM.
Fondo Bullarium IV (1261-1832), fol. 1-6. ARCHIVIO GENERALE AGOSTINIANO, CURIA GENERALIZIA AGOSTINIANA, ROM.

Drucke :

M = MARQUEZ, J., *Origen de los Frayles Eremitaños de la Orden de S. Agustín y su verdadera institución antes del Gran Concilio Lateranense*, SALAMANCA 1618, 236-39. I. RAMPINI, *Origine delli fratri eremitani dell' ordine di S. Agostino e la sua vera istituzione avanti al gran Concilio Lateranensi raccolta dal M. R. P. Maestro F. Giovanni Marquez ... tradotta dalla lingua spagnola nella nostra italiana*, TORTONA 1620.

H1 = HENRIQUEZ, Chr., *Fasciculus Sanctorum Ordinis Cisterciensis complectens Cisterciensium ascetarum praeclarissima gesta, huius ordinis exordium, incrementum, progressum praecipuarum abbatiarum, per universon ordinem fundationes, ordinum militarium origines* ... BRÜSSEL 1623, KÖLN 1631, II, 128-30.

H2 = HENRIQUEZ, Chr., *Guilielmus Aquitanus Cisterciensis. Liber Apologeticus, quo ostenditur S. Guilielmum Benedictinum Cisterciensem non Augustinianum fuisse*, BRÜSSEL 1629, 126-49.

H3 = HENRIQUEZ, Chr., *Menologium Cisterciense notationibus illustratum ... accedunt seorsim Regula, Constitutiones et Privilegia eiusdem Ordinis ac Congregationum Monasticarum et Militarium, quae Cisterciense Institutum observant*, ANTWERPEN 1630, 459-63, nr. 7.

T = TORELLI, L., *Secoli Agostiniano, ovvero Historia Generale del Sagro Ordine Eremitano del Gran Dottore di Santa Chiesa S. Aurelio Agostino Vesovo d'Hippona*, BOLOGNA 1675, IV, 724-29.

F = FÉLIBIEN, M., *Histoire de la ville de Paris revenue, augmentée et mise au jour par G. A. Lobineau*, PARIS 1725, III, 234-38.

S = SCHIER, X. - ROSNAK, M., *Memoria provinciae Hungaricae Augustinianae antiquae*, GRAZ 1778, 22-31, nr. 2.

Fe = FEJÉR, G., *Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis*, BUDA 1829, IV, 3, 350-57.

Auszüge, Regesten und regestenartige Zusammenfassungen:

Nomina summorum pontificum, qui ordinem heremitarum s. Guillelmi confirmaverunt et variis donis spiritualibus et privilegiis ornaverunt, MS BIBL. MUNIC. CAMBRAI 1124, fol. 193^v. *Privilegia in Conventu Parisiensi conservata per Johannem*

de Montibus scripta vice quarta anno 1499. IBIDEM, fol. 209v. (Druck: A. M. BURG, Marienthal (Alsace), *Histoire du Couvent et du Pèlerinage sous les Guillelmites, les Jésuites et le Clergé Séculier*. Alsatia Monastica III, PHALSBURG 1959, 35-36). H. STREITEL, *Regesta historiam conventus Ratisbonensis et Provinciae Bavaricae Ordinis Eremitarum S. Augustini concernentia* (vor 1518), PRAG, BIBL. METROPOLITANKAPITEL, 1 2 Inc. Beigebundene Handschrift, fol. 51-52. (Druck: A. PODLAHA, *Zwei Legenden über das Leben des Laienbruders Friedrich von Regensburg*. Editiones Archivii et Bibliothecae S. F. Metropolitani Capituli Pragensis III, PRAG 1905, 11). S. DE LA HAYE (HAIUS), *Liber de veritate vitae et ordinis divi Gulielmi quondam Aquitanorum et Pictonum principis*, PARIS 1587, 81-82. N. CRUSENIUS, *Monasticon Augustinianum, in quo Omnium Ordinum sub Regula S. Augustini militantium ... Origines atque Incrementa Tribus Partibus explicantur*, MÜNCHEN 1623, 132-33. A. TAMBURINUS, *De jure abbatum et aliorum praelatorum tam regularium quam secularium episcopis inferiorum*, LYON 1640, II, Qu. 5, nr. 34. Th. DE HERRERA, *Alphabetum Augustinianum, in quo Praeclara Eremitici Ordinis germina virorumque et feminarum domicilia recensentur*, MADRID 1644, II, 290. G. HENSCHENIUS, *De Ordine Eremitarum S. Guilelmi commentarius historicus*, AASS Febr. II, ANTWERPEN 1658, VENEDIG 1735, 479. G. DE WAHA, *Explanatio Vitae S. Guilielmi Magni, conscriptae olim per b. Albertum eius discipulum: diutissimae desideratae, tandemque nunc repertae*, LÜTTICH 1693, 346. P. VORSTER, *Analecta ex Archivio Monasterii in Oberried collecta*, 1708, MS S. PAUL IM LAVANTTAL, M 208. B. BOURGOY, *Statutum Universale sive compendiosa praecipuarum constitutionum collectio*, LÜTTICH 1715, 189-90. G. COLINAS, *Compendio de las Bulas concedidas a la Orden de Nuestra Santo Padre Agustín*, BURGOS 1757, 52. D. FUXHOFFER, *Monasteriologia Regni Hungariae*, BUDAPEST 1803, II, 288 (2 PEST 1860, 200). F. KNAUZ, *Monumenta Ecclesiae Strigoniensis*, GRAN 1874, I, 537-38, nr. 702. A. POTTHAST, *Regesta Pontificum Romanorum inde ab anno post Christum natum 1198 ad annum 1304*, BERLIN 1875, II, 1597, nr. 19807. Nicolai Crusenii *Ord. S. Augustini pars tertia Monastici Augustiniani. complectens epitomen historicam FF. Augustinensium a Magna Unione usque ad annum 1620 cum additamentis* Rev. P. M. Fr. LANTERI ejusdem Ordinis, ROM 1890, I, 15-17, 321. J. BERNOULLI, *Acta Pontificum Helvetica*. Quellen schweizerischer Geschichte aus dem päpstlichen Archiv in Rom. Veröffentlicht durch die Historische und Antiquarische Gesellschaft zu Basel (1198-1268), BASEL 1891, 461, nr. 749. *Wirtembergisches Urkundenbuch*. Herausgegeben von dem Kgl. Staatsarchiv in Stuttgart, STUTTGART 1894, VI, 508-09. P. LADEWIG - Th. MÜLLER, *Regesta Episcoporum Constantinensium*. Regesten zur Geschichte der Bischöfe von Constanx von Bubulcus bis Th. Berlower 517-1496, Innsbruck 1895, I, 246, nr. 2161 (Vidimus B. Eberhards II. von Konstanz, Mai 1267). E. JORDAN, *Les registres de Clément IV*. Recueil des bulles de ce pape publiées ou analysées d'après les manuscrits originaux des archives du Vatican. Bibliothèque des Ecoles françaises d'Athènes et de Rome. 2^{me} série, 11/1-6, Paris 1893-1945, c. 100, nr. 365. S. LÓPEZ, *Chartularium Conventus S. Geminiani* O. E. S. A., Parva Selecta ex « *Analecta Augustiniana* » I, Rom 1930, 184, DERS., AGA ROM, Fondo S. López, vol. I (sub die 29.8.1266).

1 [Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis] Generali et aliis Prioribus ac fratribus Heremitarum ordinis sancti Guillelmi [salutem et Apostolicam benedictionem].

Ea que iudicio vel concordia [terminantur, firma debent et
5 illibata persistere, et ne in recidivae contentionis scrupulum relabuntur, Apostolico convenit praesidio] communiri.

Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod *du-*
dum a felicis recordationis Alexandro papa predecessore nostro *mandatum* ut dicitur *emanavit, ut de singulis domibus heremi-*
10 *tarum, quarum quedam sancti Guillelmi, quedam sancti Augusti-*
tini ordinum, nonnullae autem fratris Johannis boni, alique vero de Fabali, alie vero de Bricinis censebantur, et apud homines ambiguis interdum nuncupationibus vacillabant, duo fratres
cum pleno mandato ad ipsius predecessoris mitterentur presen-
15 *tiam, quod eius circa ipsos salubriter ordinaret dispositio recep-*
turi. Cumque fratres huiusmodi ad sedem apostolicam acces-
sissent^{a)}, dilectus filius noster R. sancti Angeli Diaconus Cardinalis auctoritate, mandati predecessoris eiusdem vivo ad eum sermone directi, universas domos et congregationes eorundem
20 ordinum, in unam ordinis Heremitarum sancti Augustini professionem, et regularem observantiam perpetuo cunctavit. Idemque predecessor ipsius Cardinalis processum approbens, illum auctoritate apostolica confirmavit, et postmodum vestre volens

^{a)} ALEXANDER IV., *Licet ecclesiae catholicae*, 9.4.1256, Aug 6 (1956) 11, Z. 14-22.

1-3 Dilectis ... Guillelmi] *St Dilecto filio ... Archidiacono Treverensi,*
4 que] *F quae vel.* 4-6 terminantur ... praesidio] *P fehlt.* 4-6 Ea ... communiri] *St fehlt.* 5 recidivae contentionis] *M S reciduum conclusionis, H 1-3 recidivum conclusionis, Fe reciduum confusionis.* 6 communiri] *M H 1-3 T S Fe muniri, L comuniri.* 7 siquidem] *St fehlt.* 7 vestra] *St dilectorum filiorum Generalis et aliorum priorum ac heremitarum ordinis sci. Guillelmi*
7 vestra] *M H 1-3 T S Fe nova, G F coram.* 8 Alexandro] *G F Alexandro papa.* 10 quarum] *O fehlt.* 11 autem] *H 1-2 etiam.* 11 fratris] *M H 1-3 S Fe fratris sancti.* 12 Bricinis] *M S Fe Bictinis, F Bruttinis, L Brittinis.*
13 vacillabant] *T vaciliabant.* 15 ipsos] *M H 1-3 ipsas.* 16 huiusmodi] *M H 1-3 T eiusmodi.* 17 R.] *M S Fe, Ricardus, H 1-3 Richardus, T I. Riccardus.*
23 postmodum vestre] *St predictorum Generalis et aliorum priorum ac heremitarum ordinis sci. Guillelmi.*

providere quieti, vobis auctoritate apostolica concessit, ut sub
 25 *regula beati Benedicti secundum institutionem beati Guillelmi*
possetis in habitu solita licite remanere. Non obstantibus aliqui-
bus litteris, gratiis, seu privilegiis, ab eadem sede in contrarium
impetratis, seu etiam impetrandis^{b)}).

Sane inter vos ex parte una, et.. Generalem ac alios Priores
 30 et fratres Heremitarum eiusdem ordinis sancti Augustini, super
 eo quod ipsi de Porta sancte Marie, de Wissembornhe, de Co-
 rona sancte Marie, et quasdam alias domos ipsius ordinis sancti
 Guillelmi, cum fratribus domorum ipsarum, Alamannie et Un-
 garie Regnorum occasione huiusmodi unionis cui vos non con-
 35 senseratis, in predicto sancti Augustini ordine receperant, ac
 domos ipsas cum fratribus suis incorporaverant eidem ordini
 sancti Augustini in vestrum preiudicium et gravamen ex altera,
 materia questionis exorta. Nos dilectum filium nostrum J.
 sancte Marie in Cosmedin Diaconum Cardinalem dedimus in
 40 causa huiusmodi partibus auditorem, coram quo lite legitime
 contestata, factisque positionibus et responsionibus ad easdem,
 tandem partes ipse viam pacis et concordie amplectentes, vide-
 licet frater Johannes de Linsen procurator vester pro vobis, a
 quibus habebat ad hoc speciale mandatum, ac idem Prior Ge-
 45 neralis heremitarum dicti ordinis sancti Augustini pro se ac
 aliis Prioribus et fratribus sui ordinis, et dictis domibus ac Prio-

^{b)} ALEXANDER IV., *Licet olim*, 22.8.1256, TORELLI IV, 553, c. 1, Zeile 46-48,
 c. 2, Z. 1-4.

24 vobis auctoritate apostolica] St eis per suas litteras. 26 possetis] St pos-
 sent. 29 vos] St ipsas. 29 ...] M H 1-3 T S Fe G F fehlen. 30 Augustini]
 M H 1-3 T S Fe Augustini ex altera. 31 de Porta sancte Marie, de Wissem-
 bornhe] O de Porta S. Marie de Wissenborne, M T domum de Porta S. Mariae de
 Ibiseborne, H 1-3 domum de Porta S. Mariae, de Ibiseborne, S Fe domum de
 Porta S. Mariae de Ibiserbones, G F de Porta S. Marie de Wisse Borne, P Wisem
 Bornhe. 34 vos] St predictus Generalis et alii priores ac fratres heremitarum
 ordinis sci. Guillelmi non consenserunt. 34-35 cui ... consenseratis] M T H 1-3 S
 Fe in Klammern. 34-35 consenseratis] P consenseritis. 37 vestrum] St in
 eorumdem priorum et fratrum dicti ordinis sci. Guillelmi. 37 ex altera] M
 H 1-3 S Fe fehlt. 38 J.] M H 1-3 S Fe L Joannem, T fehlt. 39 dedimus] T
 fehlt. 41 easdem] M H 1-3 T S Fe causam. 43 vester pro vobis] St predic-
 torum Generalis et aliorum priorum ac fratrum heremitarum ordinis sci. Guillelmi
 pro eis. 43 Linsen] O Litisen, M H 1-3 T S Fe Luisene, G Linsem. 46-47 sui
 ordinis... fratribus] T S Fe fehlt.

ribus et fratribus de quibus erat contentio quorum procurator erat, in venerabilem fratrem nostrum .. Prenestinum Episcopum cui cura predicti ordinis sancti Guillelmi et personarum
 50 ipsius est ab eadem sede commissa, in presentia nostra de voluntate et consensu ipsius R. Cardinalis cui curam predicti ordinis heremitarum sancti Augustini eadem sedes commisit, tamquam in arbitrum, arbitratorem, et amicabilem compositorem super causa huiusmodi et omnibus eam contingentibus alte et
 55 basse sub pena Mille Marcarum argenti compromittere, ac ipsius ordinationi, diffinitioni, laudo, arbitrio, et arbitrato totaliter se summittere curaverunt, promittentes super hoc prestito iuramento, se ratum et firmos habituros, quicquid idem Episcopus super hoc statueret, arbitraretur, diceret et etiam ordinaret.
 60 Dictus autem Episcopus a partibus recepto huiusmodi compromisso, et a nobis obtento vive vocis oraculo consensu et licentia super premissis, ordinandi, statuendi, diffiniendi, decernendi, et providendi prout sibi expediens videretur, super hoc fecit quandam ordinationem providam inter partes, prout in Instru-
 65 mento publico inde confecto, ipsius Episcopi sigillo munito plenius continetur.

Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, ordinationem ipsam ratam et firmam habentes, ac defectum qui erat in procuracione ipsius Prioris generalis predicti ordinis sancti Augustini ex eo
 70 quod ad compromittendum non habebat (fol 95^v) mandatum, et siquis alius in procuratoriis partium ipsarum extiterat, sup-
 plentes de apostolica plenitudine potestatis, eam auctoritate apostolica confirmamus et [praesentis scripti patrocinio] com-

48 in] M H 1-3 T S Fe ante. 50 de] O et. 51 R.] T Riccardi, L Ricardi.
 53 compositorem] Fe compositionem. 57 summittere] M H 1-3 T S Fe committere.
 58 firmos] St M H 1-3 T S Fe G F P firmum. 58 quicquid] M H 1-3 T S Fe G F L quidquid.
 59 et etiam] P et. 60 recepto] M H 1-3 T S Fe accepto. 62 premissis] O promissis. 63 expediens] M H 1-3 T S Fe expeditius.
 64 providam] O providamus. 67 vestris] St dictorum Generalis et aliorum priorum ac fratrum heremite ipsius ordinis sci. Guillelmi. 68 qui] P quod.
 68 procuracione] P procuraciones. 71 siquis alius] O M H 1-3 T S Fe si quid aliud.
 71 procuratoriis] T procuratoribus. 72 eam] T L eadem. 73 confirmamus] St duximus confirmandam. 73-282 et ... Secundo] St Quocirca discretionis tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ordinationem ipsam auctoritate nostra per te vel per alium aut alios executare demandes. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod suspendi vel interdicti aut excom-

munimus. Tenorem ipsius Instrumenti de verbo ad verbum pre-
75 sentibus inseri facientes. Qui talis est.

In nomine domini amen. Presidente rationis imperio in animo
iudicantis, sedet in examine veritatis pro tribunali iustitia, et
quasi rex in solio iudicii rectitudo, cuius dissipatur intuitu pro-
prie voluntatis arbitrium et acceptio personarum, ex quo fit ut
80 parvi et magni, pauperes et divites, potentes et debiles, absen-
tes etiam et presentes equo libramine iudicentur.

Sane prout .. Prior generalis aliique Priores et fratres heremite
ordinis sancti Augustini dicebant, *dudum* a felicitis recordationis
domino Alexandro papa VIII. emanavit mandatum, ut de sin-
85 gulis domibus heremitarum, quarum quedam sancti Guillelmi,
quedam sancti Augustini ordinum, nonnullae autem fratris Johan-
nis boni, alique vero de Fabali, alie vero de Bricinis censeban-
tur, et apud homines ambiguis interdum nuncupationibus vacil-
labant, duo fratres cum pleno mandato ad ipsius domini pape
90 mitterentur presentiam, quod eius circa ipsos salubriter ordinaret
dispositio recepturi. Cumque fratres ipsi sedem apostolicam
accessissent, ipsi coram venerabili in Christo patre domino R.
dei gratia sancti Angeli Diacono Cardinali quem idem dominus
Alexander papa negotio unionis perficiende deputaverat vice
95 sua, ad id sufficientia exhibuere mandata, et in generali eorum
Capitulo tunc in Urbe celebriter congregato nomine omnium a
quibus fuerant destinati, et de communi Capituli eiusdem assen-
su, se et domos easdem in unam ordinis observantiam, et viven-
di formulam uniformem redigi, unumque ex eis ovile fieri gene-
100 ralis Prioris presidentia gubernandum unanimiter consenserunt,
sicque dictus Cardinalis ipsius domini Alexandri pape auctori-
tate mandati, vivo ad eum sermone directi, necnon et concordi

*municari seu extra vel ultra certa loca conveniri non possint sive qualibet alia in-
dulgencia sedis eiusdem per quam effectus huiusmodi impediri valeat vel deferri
et de qua in nostris litteris fieri debeat mentio specialis. Datum Viterbii Kal. Sep-
tembris Pontificatus nostri Anno Secundo.*

73-74 communimus] M communibus. 78 dissipatur] L dissipatur. 80 pau-
peres] M pauperis. 81 etiam] O M et etiam, H 1-3 F S Fe fehlt. 83 dudum]
P dum. 83 felicitis recordationis] P felice recordatione. 87 Bricinis] M H 1-3
S Fe Bictinis, F Brutinis, L Brittinis. 88-89 et ... vacillabant] M H 1-3 T S Fe
fehlt. 91 sedem] L M H 1-3 T S Fe ad sedem. 92 R] L Ricardo. 93 An-
geli] O fehlt. 95 exhibuere] L M H 1-3 T S Fe exhibuerunt. 96 omnium]
M H 1-3 T S Fe eorum. 99 formulam] H 3 fehlt. 101 dictus] M T S Fe ipse,
H 1-3 fehlt. 102 eum] M H 1-3 T S Fe eundem.

eorundem fratrum ac predicti Capituli consensione suffultus, universas domos et congregationes easdem, in unam ordinis heremitarum sancti Augustini professionem et regularem observantiam perpetuo cunctavit^{c)}. Idemque dominus Alexander papa ipsius Cardinalis processum approbens, illum auctoritate apostolica confirmavit. Verum Religiosi viri .. Generalis et alii Priores et fratres Heremite ipsius ordinis sancti Guillelmi unioni huiusmodi, minime se consensisse, immo contradixisse potius asserebant, dicentes quod predictus dominus Alexander papa quieti eorum paterno volens providere affectu, eis apostolica auctoritate concessit, ut sub regula beati Benedicti secundum institutionem beati Guillelmi possent in habitu solito libere remanere, non obstantibus aliquibus litteris, gratiis vel privilegiis ab eadem sede in contrarium impetratis, vel in posterum impetrandis^{d)}. Porro predicti Priores et fratres ipsius ordinis sancti Guillelmi asserentes, quod dicti Generalis ac alii Priores et fratres Heremitarum, eiusdem ordinis sancti Augustini, de Porta Sancte Marie, de Wisembornhe, Maguntinensis diocesis, de Corona sancte Marie, de TuWigenne, Constantinensis diocesis, de Zeminshuse, de Vallespeciosa Ratisponensis diocesis, de Mindelham Augustensis diocesis, Vallis sancti Johannis de Bivonia, de Insula sancte Marie Pragensis diocesis, de Lipen Caminensis diocesis, et quasdam alias domos predicti ordinis sancti Guillelmi, cum fratribus domorum ipsarum, Alamannie

^{c)} ALEXANDER IV., *Licet ecclesiae catholicae*, 9.4.1256, Aug 6 (1956) 11, Z. 1423; 12, Z. 1-7, 13-18. ^{d)} ALEXANDER IV., *Licet olim*, 22.8.1256, TORELLI IV, 553, Col. 1, Z. 46-48, Col. 2, Z. 1-4.

103 suffultus] H 1-3 *suffulto*. 103 consensione] T *concessione*. 107 illum] P M H 1-3 T S Fe *illud*. 108 Religiosi] M H 1-3 T S Fe *Generosi*. 108 ...] O G M H 1-3 T F S Fe *fehlen*. 109 unioni] T *unione*. 111 asserebant] H 1-3 *asseverabant*. 117-118 sancti Guillelmi] M H 1-3 T S Fe *fehlt*. 120 Porta Sancte Marie, de Wisembornhe] O G F *Porta S. Mariae de Wis(s)borne*, M H 1-3 T S Fe *domos de Porta S. Mariae de Ibiseborne*. 121 de Corona sancte Marie, de TuWigenne] O *de corona S. Mariae de Tubingen*, G F *de Corona S. Mariae de Tuvihene (Tubihenne)*, M H 1-3 T S Fe *de Corona S. Mariae de Fuvise*. 122 Zeminshuse] O *Zemanshusen*, G M T F S Fe *Seminhusen*, H 1-2 *Seminkuse*, H 3 *Hemnichusen*. 123 Mindelham] O *fehlt*, G M H 1-3 T *Mindelhan*, S Fe *Mindelheim*. 124 Bivonia] M H 1-3 F S Fe *Binonia*. 124-125 Lipen Caminensis diocesis] M H 1-3 T S Fe *Lixtin Caninensis diocesis*, G F *Lixein Caminens. dioc.*

et Ungarie Regnorum occasione huiusmodi unionis, cui ut dictum est, Priores et fratres predicti ordinis sancti Guillelmi se non consensisse, sed potius contradixisse dicebant, in predicto
 130 ordine sancti Augustini receperant, ac domos ipsas cum fratribus suis incorporaverant eidem ordini sancti Augustini, *in eorundem Priorum et fratrum ipsius ordinis sancti Guillelmi preiudicium et gravamen* ^{e)}). Ac inter eosdem Priores et fratres ipsius ordinis sancti Guillelmi ex parte una, et predictos Priores et
 135 frates ipsius ordinis sancti Augustini, ac domorum supranominatarum super hoc ex altera materia questionis exorta Sanctissimus pater dominus Clemens papa VIII. Venerabilem in Christo patrem dominum J. dei gratia sancte Marie in Cosmedin Diaconum Cardinalem dedit in causa huiusmodi partibus auditorum. Lite igitur in causa coram eodem domino J. Cardinali legitime contestata, factisque positionibus et responsionibus ad easdem, tandem partes volentes litigiorum vitare anfractus, ac viam pacis et concordie amplectentes, videlicet frater Johannes de Linsen procurator predictorum Generalis, Priorum, et fratrum
 145 Heremitarum ipsius ordinis sancti Guillelmi pro eis a quibus habebat ad hoc speciale mandatum, ac frater Guido Prior generalis Heremitarum dicti ordinis sancti Augustini pro se ac aliis Prioribus et fratribus sui ordinis, et dictis domibus et Prioribus et fratribus ipsarum de quibus erat contentio, quarum domorum
 150 et Priorum et fratrum ipsarum procurator erat, in nos Stephanum miseratione divina Prenestinum Episcopum quibus cura predicti ordinis sancti Guillelmi et personarum ipsius (fol. 96) est ab eadem sede comissa, de voluntate et consensu dicti domini R. sancti Angeli Diaconi Cardinalis, cui curam predicti or-

^{e)} URBAN IV., *Exhibita nobis*, 9.2.1263, GLA KARLSRUHE, *Kopiar* 752, fol. 26v, Z. 1-2.

127-129 cui ... dicebant] M T H 1-3 *in Klammern*. 130 receperant] M H 1-3 T S Fe *incorporari fecerant*. 132 ipsius] O M H 1-3 T S Fe *fehlt*. 133 eosdem] L M H 1-3 T S Fe *eorum*. 135-136 supranominatarum] M H 1-3 T S Fe G F *supradictarum*. 136 ex altera] M H 1-3 T S Fe G F *ex altera parte*. 138 patrem] L F. 140 causa] M H 1-3 T S Fe *ea*. 140-141 Cardinali legitime] L *fehlt*. 142 easdem] M H 1-3 T S Fe *causam*. 142 partes] P *Patres*. 144 Linsen] M T *Luisen*, H 1-3 *Luisen*, S Fe *Luisene*. 149 ipsarum] O *earum*. 150 ipsarum] O *quarum*, M H 1-3 T S Fe G F L *ipsorum*. 150 erat] T *erant*. 150 in] M H 1-3 T S Fe *ante*. 153 consensu] M H 1-3 T S Fe *fehlt*.

155 dinis Heremitarum sancti Augustini eadem sedes comisit, tan-
quam in arbitrum, arbitratorem, et amicabilem compositorem,
super causis, litibus, et questionibus huiusmodi que erant, vel
esse possent super predictis et ipsorum occasione alte et basse
sub pena Mille Marcarum argenti compromittere, ac nostre or-
160 dinationi, diffinitioni, laudo, arbitrio, arbitratui totaliter se sum-
mittere curaverunt, promittentes super hoc prestito iuramento,
et sub pena Mille Marcarum predicta, ratum, gratum, et firmum
habitueros, se dictosque ordines, domos, et Priores ac fratres eo-
rundem ordinum et domorum, totum et quicquid super predic-
165 tis ordinaremus, statueremus, arbitrati essemus, vel etiam dice-
remus, prout in publico Instrumento inde confecto per manum
Lambardi Notarii infrascripti plenius continetur. Nos itaque a
partibus recepto huiusmodi compromisso, et a sanctissimo patre
domino nostro, domino Clemente papa IIII. obtento vive vocis
170 oraculo, consensu et licentia ordinandi, statuendi, diffiniendi,
decernendi, et providendi super hiis prout nobis expediens vi-
deretur, ac etiam arbitraria potestate nobis a partibus ipsis con-
cessa, ordinamus, dicimus, statuimus, laudamus, providemus,
et arbitramur, quod predictæ domus, de Porta sancte Marie, de
175 Wisembornhe, et de Corona sancte Marie, necnon et siquæ aliæ
sint in regionibus diversis, exceptis predictis Regnis Alamannie
et Ungarie, cum ipsarum fratribus, earumque possessionibus et
iuribus ad dictum ordinem sancti Guillelmi totaliter redeant, et
sub regula beati Benedicti secundum institutionem beati Guil-
180 lelmi remaneant in habitu solito, antequam transirent ad sancti
Augustini ordinem supradictum. Quas domos cum iuribus et
pertinentiis suis, eidem Priori generali ordinis sancti Guillelmi

158 ipsorum] L M H 1-3 T S Fe eorum. 161 promittentes] M H 1-3 T S Fe promittendo. 162 predicta] O M T S Fe prædictarum. 163 dictosque] M H 1-3 T S Fe dictasque. 163 ordines] M H 1-3 S Fe ordinis, T ordini. 164 quicquid] O G M H 1-3 T F S Fe quidquid. 165-166 diceremus] O dicemur, M T decerneremus, S Fe decernemus, H 1-3 fehlt. 166 manum] M H 1-3 T S Fe manus. 167 Lambardi] L M H 1-3 T S Fe Lombardi. 168 partibus] O partibus ita. 168 huiusmodi] O fehlt. 168 recepto] M H 1-3 T S Fe accepto. 169 domino] M H 1-3 T S Fe fehlt. 171 decernendi, et providendi] M H 1-3 T S Fe fehlt. 171 expediens] M H 1-3 T S Fe expeditius. 172 ipsis] L fehlt. 174-175 de Porta sancte Marie, de Wisembornhe] O G F de Porta S. Marie de Wissenborne, M H 1-3 T S Fe de Porta S. Mariæ de Ibise(r)borne. 177 Ungarie] M H 1-3 Ungriæ 177 ipsarum] M H 1-3 T S Fe ipsorum. 177 earumque] L M H 1-3 T S Fe eorundemque. 179 beati] M T S Fe sancti.

summittimus, easque ad sancti Guillelmi ordinem supradictum
 sententialiter laudamus, et decernimus omni tempore pertinere,
 185 et in nullo dicto Priori generali aliisque Prioribus et fratribus
 Heremitarum ordinis sancti Augustini debere subesse. Eisdem
 Generali aliisque Prioribus et fratribus ordinis sancti Augustini
 super ipsis perpetuum silentium imponendo. Ita tamen quod
 fratres domorum ipsarum qui ad alia loca heremitarum ordinis
 190 sancti Augustini, se forsitan transtulerunt, ad domos ipsas vel
 ad ipsum ordinem sancti Guillelmi redire non compellantur in-
 viti, sed illuc redeant, et ibidem admittantur, si id de ipsorum
 fratrum qui se transtulerunt processerit voluntate, quem reditum
 eis concedimus infra mensem, postquam hoc eis fuerit intima-
 195 tum. Illi etiam fratres qui medio tempore in predictis domibus
 beati Augustini regulam et ordinem sunt professi, sive in ipsis
 morentur, sive ad alia loca ipsius ordinis sancti Augustini se
 transtulerunt inviti non compellantur in ipsis domibus morari,
 sive ad ipsos domos vel ordinem sancti Guillelmi redire, sed
 200 id infra dictum terminum in eorum voluntate consistat. Relique
 vero domus predictae ac omnes alie domus que de predicto or-
 dine sancti Guillelmi ad predictos Heremitas ordinis sancti
 Augustini, in predictis Regnis Alamannie et Ungarie transive-
 runt, cum ipsarum fratribus, iuribus, bonis mobilibus et immo-
 205 bilibus et pertinentiis universis, remaneant in predicto ordine
 sancti Augustini pacifice et quiete, et eas decernimus et arbitra-
 mur ad eundem ordinem sancti Augustini omni tempore perti-
 nere. Super eis dictis Generali aliisque Prioribus et fratribus
 sancti Guillelmi ordinis perpetuum silentium imponendo. Ordi-
 210 namus etiam et dicimus, statuimus, pronunciamus, laudamus,
 providemus et arbitramur, de consensu, licentia, et potestate
 predictis, quod memorati Generalis, Priores, et fratres Heremi-

185 in] M H 1-3 T S Fe *fehlt*. 186 Eisdem] L *iisdem*. 187 ordinis] M
 H 1-3 T S Fe L *ordinis Heremitarum*. 188 ipsis] O *his*. 190 forsitan] L M
 H 1-3 T S Fe *forte*. P *forsan*. 190 transtulerunt] M H 1-3 S Fe *transtulerint*.
 193 transtulerunt] G M H 1-3 T S Fe *transtulerint*. 198 transtulerunt] M H 1-3
 T S Fe *transtulerint*. 199 vel] M H 1-3 T S Fe *vel ad*. 200 id] M T *fehlt*.
 201 de predicto] P *de ipso*. 202 predictos Heremitas] M H 1-3 T S Fe *prae-*
dictorum Heremitarum. 203-204 transiverunt] M H 1-3 T S Fe *transierunt*, G
transmiserunt. 205 remaneant] M H 1-3 T S Fe *permaneant*. 206-207 paci-
 fice ... Augustini] T *fehlt*. 210 statuimus] P *fehlt*. 210-211 statuimus, pro-
 nunciamus, providemus] M H 1-3 T S Fe *fehlen*. 212 predictis] T *predictorum*.

tarum ordinis sancti Augustini, pretextu unionis huiusmodi, vel alia quacumque causa, aliquas domos eorundem Heremitarum
 215 ipsius ordinis sancti Guillelmi ad ordinem suum decetero non recipiant, nec se de ipsis aliquatenus intromittant, nec unquam ipsi ordini sancti Guillelmi, vel aliquibus de ipso ordine moveant de unione vel subiectione aliquam questionem. Et si contingeret eos contra facere vel venire, volumus et arbitramur, quod liceat
 220 Priori generali et aliis Prioribus et fratribus ordinis sancti Guillelmi possessionem ingredi domorum de quibus erat questio inter partes. Si vero Generalis, Priores et fratres ordinis sancti Guillelmi contra predicta facerent vel venirent, aut quod aliquam de predictis domibus dicto ordini sancti Augustini adiu-
 225 dicatis, vel aliquas alias ad ipsum sancti Augustini ordinem pertinentes receperissent, vel in posterum recipere attemptarent, liceat Priori generali et Provincialibus heremitarum ordinis sancti Augustini retentis domibus que per hoc arbitramentum debent eidem sancti Augustini ordini remanere, ingredi in possessionem
 230 dictarum trium domorum que debent ad ordinem sancti Guillelmi redire, (fol. 96^v) pena in compromisso contenta nichilominus exolvenda a parte contrarium faciente, et nichilominus hac ordinatione et laudo nostro salvo in omnibus permanente. Et quia intendimus omnem questionem a dictis ordinibus remove-
 235 volumus et mandamus sub pena excommunicationis de licentia nobis concessa, quod deinceps nullus frater professus dicti ordinis sancti Guillelmi ad dictum ordinem sancti Augustini aliquatenus admittatur, vel modo aliquo recipiatur, et econverso quod nullus frater professus dicti ordinis sancti Augustini, ad dictum
 240 ordinem sancti Guillelmi aliquo modo recipiatur, vel admittatur, et siquid contra attemptatum fuerit, receptionem ipsam reputamus et pronuntiamus irritam et inanem et receptus ad suum ordinem redire compellatur, et decernimus irritum et inane si secus contigerit attemptari. Hiis tamen que supra de fratribus do-

213 ordinis] M T S Fe *fehlt*. 218 aliquam] M H 1-3 T S Fe *aliqua*.
 218 contingeret] L M H 1-3 T S Fe *contigerit*. 222 Priores] Fe *fehlt*.
 223-224 aliquam] O *aliquas*, M H 1-3 T S Fe *aliquando*. 225 sancti] L B.
 228 debent] T *dedent*. 229 in] O *fehlt*. 230 trium] M H 1-3 T S Fe *earundem*.
 232 exolvenda] O G T F S Fe *exsolvenda*. 232 hac] M H 1-3 T S Fe *hac supra (dicta)*.
 236 professus] M H 1-3 T S Fe *praedicti*, L *fehlt*.
 238 admittatur] M *admitatur*. 241-242 reputamus] M H 1-3 T S Fe *refutamus*.
 243 irritum et inane] H 1-3 *irritam et inanem*. 244 Hiis] O M H 1-3 T *his*.

- 245 morum de quibus erat inter partes contentio dicta sunt, in sua manentibus firmitate. In cuius rei testimonium presens Instrumentum per infrascriptum Lambardum Notarium nostrum huiusmodi ordinationis, laudi et arbitrii nostri pronuntiationi presentem scribi et publicari mandavimus, ipsumque fecimus nostri sigilli munimine roborari.
- 250 Latum et pronunciatum est huiusmodi nostrum arbitrium, laudum, ordinamentum et quicquid superius continetur, Viterbii, in Hospitio nostro, in presentia dicti fratris Guidonis Prioris generalis ordinis Heremitarum sancti Augustini, et fratris Guillelmi Prioris generalis ordinis Heremitarum sancti Guillelmi, et dicti fratris Johannis de Linsen dicti Generalis et ordinis sancti Guillelmi procuratoris et de ipsorum voluntate et plena concordia, ac presentibus venerabili patre J. Sipontino Archiepiscopo, fratre Symone Canonico sancti Johannis de Platea Urbevetana
- 260 Camerario nostro, Magistro Andrea Priore sanctorum Apostolorum de Spoleto, Magistro Paulo Archidiacono Camerensi in ecclesia Strigoniensi, Magistro Johanne Romanutio, domini pape Scriptore, fratribus Bentivegna, et Gratia de ordine Minorum Capellanis nostris, et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis testibus.
- 265 In continenti post compromissum in nos factum, videlicet in anno Nativitatis domini M CC L XVI, Indictione nona, Mense Julii, die ultima eiusdem Mensis. Pontificatus domini Clementis pape IIII. Anno Secundo.
- Ego Lambardus quondam Bonvillani de Podiobonizi Imperiali
- 270 auctoritate Notarius publicus, prolationi sive pronuntiationi huiusmodi laudi, arbitrii, ordinamenti, et omnium que superius continentur, una cum dictis testibus presens interfui, et omnia et singula supra contenta, de mandato dicti venerabilis patris

247 Lambardum] L M H 1-3 T S Fe *Lombardum*. 248 pronuntiationi] M H 1-3 T S Fe *pronunciationem*. 251 nostrum arbitrium] M H 1-3 T S Fe L nostri arbitrii. 252 ordinamentum] Fe *ordinatum*. 252 quicquid] O M H 1-3 T S Fe L G F *quidquid*. 254 ordinis heremitarum] T *fehlt*, M S Fe *ordinis*. 256 Linsen] M H 1-3 T S Fe *Luisen*. 256 Generalis] M H 1-3 T S Fe L *fehlt*. 259 Urbevetana] M H 1-3 T S Fe *Urbe Vetavense*. 261 Spoleto] M T S Fe L *Espoletto*. 261 Camerensi] M H 1-3 T S Fe *Cameracensi*, L *Camerinensi*. 263 Bentivegna] O *Bencivegna*, M H 1-3 T S Fe *Verinegna*, G F *Berinegua*. 266 nona] M H 1-3 T S Fe *octava*. 267 Julii] M H 1-3 T S Fe *Julio*. 269 Bonvillani] M T *Von villani*, H 1-3 *Venvillani*, S Fe *Vomvillani*. 269 Podiobonizi] M H 1-3 T S *de praedio Bononesi*, Fe *de praedio Bosnensi*, G F *Podio Bonisi*, L *Podiobonici*. 271 ordinamenti] M H 1-3 T S Fe *ordinationis*, P *arbitramenti*.

domini S. Prenestini Episcopi scripsi et in publicam formam
275 redegì, publicavi et signo meo signavi.

Nulli ergo [omnino hominum liceat hanc paginam] nostre sup-
pletionis et confirmationis [infringere, vel ei ausu temerario con-
traire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem
Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius
280 se noverit incursurum].

Datum Viterbii III. Kal. Septembris [Pontificatus nostri] Anno
Secundo.

274 S.] M H 1-3 L *Stephani*, T D. 274 Prenestini] M H 1-3 T S Fe *Prae-*
nestensis. 277 confirmationis] H 1-3 *fehlt*. 281 III.] M H 1-3 T S Fe IV.

Kaspar ELM.